



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

53. An Electores ad Maioratum, ad Cathedram, Capellam, &c. & qui
debent eligere pauperes pro dividenda eleemosyna, possint sine onere
restitutionis pro his actibus aliqua munera recipere? Et quid est ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

som. 2. tr. 32. c. 8. m. 18. s. & Layman in Theol. mor. lib. 3. fol. 1. r. 2. c. 6. n. 2. vbi sic aliter. Probabile est, quod neque is contra iustitiam peccet, vel ad restituendum teneatur, qui Ecclesiastici beneficij collatorem, iam determinatum ad aliquo conferendum sua fide, aut precibus eò perdidit, vt sibi, vel alteri etiam minus digno conferatur. Ita Layman, qui citat etiam Adria-num, Toletum, & Sa. Vide etiam Azorium p. 3. lib. 4. c. 9. 3.

sup. hoc in 3. Ratio est, vt bene explicat Gutierrez can. 99. lib. tom. 3. tr. 2. c. 11. n. 47. cum aliis, nam qui confert Ecclesiasticum alii eius annos, & in beneficium, propriè nullam iniuriam infert digniori, si notacionis eo prætermisso conferat minus digne, & consequen-tiæ ibi ter contra Valq. vbi supræ, neque ille iniuriam infert, in §. Quarta qui collatorem sua fide, aut precibus, ad id faciendum monet; neque collatoris peccato ita suadens cooperatur aduersus digniorem; unde neuter restituendum illi facere tenetur, quippe ei beneficium propriè, & strictè debitum non erat. Post hæc scripta inueni Bonacinam de contr. dispu. 1. q. 2. punt. 12. n. 7. primam sententiam cum Vasquez, & aliis tenere; sed tu tutò potes secundam opinionem amplecti.

RESOL. LII.

An acceptum pro eo, quod ex charitate solum aut alterius virtutis obligatio erat debitum, quis teneatur restituere?

Ei an iudeo, si forte circa litem aliquam est varietas opinionum, & sententiavum, vt iudici liberum sit utramlibet partem in indicando sequi, possit aliquid recipere ab una parte, & in eius potius fauorem indicere sine onere restituendum?

Absolute chancillæ est a vlt. quæst. & non se imprima. por- que en la impression mas nonissima viene quitado el texto de dicha question. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 55.

S. 1. *A*ffirmatiæ responderet Medina de restit. q. 27. Nauarus cap. 17. n. 33. Saloniæ in 2. 2. q. 6. 2. art. 5. contr. 3. Contra uarias n. reg. peccatum. part. 2. q. 2. Carbo de rest. q. 5. & alij; vnde ex mente dictorum, si aliqui detinunt aliquid ne fornicetur, ne blasphemet, &c. est restituendum.

2. Sed contrariam sententiam puto probabiliorem, quam tenuerit Sotus de iust. lib. 4. q. 7. art. 2. Valentia in 2. 2. q. 6. punt. 5. & Lessius lib. 2. c. 14. dub. 9. n. 72. qui n. 69. excipit ea, quæ nullam habent difficultatem, vt odium deponeant.

3. Sed nec istud, vt obseruat Tannerm in 2. 2. dispu. 4. quæst. 6. dub. 10. n. 29. caret difficultate, & voluntatis mortificatione. Ergo ita faciens, & aliquid accipiens non teneatur ad restituendum. Notandum est tamen, stante iure naturali, quod si forte circa litem aliquam ea est varietas sententiæ, vt iudici liberum sit utramlibet partem in indicando sequi, esse contra iustitiam si index aliquid ab una parte accipiat, vt in eius potius fauorem iudiceat, vnde in tali catu index tenetur ad restituendum. Ita Tannerm vbi supræ, numer. 290.

4. Licet contrariam sententiam stando in solo iure naturæ doceat Lessius in editione Parisiensi apud Bonum Theodosium anno 1618. num. 6. 4. quia non teneatur ad alteram determinatè, sed liberum ei est, sequi quam maluerit; ergo si aliquid accipiat, vt hanc sequatur potius, quam illam, non facit vlli iniuriam. Consequitur patet, quia cum res non est debita, non est contra iustitiam (si solum ius naturæ spectamus) exigere pro ea re pretium, si alioquin prejicio sit estimabilis. Deinde in tali casu non accipitur pretium pro iustitia sententiæ; sed quia in hac causa hæc opinio prefertur isti, ad quod nullo modo iu-

dex tenebatur. Cæteras rationes vide apud Lessius, quæ omnia procedunt secluso iure positivo, quod tamen id fieri prohibet, vt ipse Lessius loco ultimo cit. docet

RESOL. LIII.

An electores ad Majoratum, ad Cathedram, Capellam, &c. & qui debent eligere pauperes, pro diuidenda elemosyna, possint sine onere restituionis pro his aliis bus aliquæ munera recipere?

Et quid est dicendum, quando dantur duo vota aqua-lia, an post index sine onere restituionis accipere aliquid pro electione partis, pro qua ferat senten-tiam?

Et notatur Iudices, & Ministros publicos accipientes munera sola lege positiva sibi prohibita, non esse obno-xios restituionis in foro conscientia, nulla expectata sententia; quando data fuerint ex mera liberalitate, & amicitia, aut ex gaudio, & gratitudine. Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 59.

S. 1. *N*egatiæ sententiæ tanquam probabilior Nadiareo per ea, quæ adducit Sayrus in Clavis Regia, lib. 10. tract. 5. cap. 3. num. 8. Turrianus in 2. 2. dispu. 4. dub. 3. Rebellius part. 2. lib. 18. q. 10. num. 1. Lessius lib. 2. cap. 14. num. 67. & alij. Et ratio est, quia omnia supradicta non conceduntur ab Electoribus, sed à fundatoribus, testatoribusque, & institutoibus Emphyteusis: quare posito quodquis sit Dominus directus, & quod alij munus electorum, aut testamentariorum sponte & voluntarie, minimeque coacte acceptant, tenentur ex officio, & veluti ex contractu ad hanc electionem, quæ est intrinsecus muneri, quod sponte & liberè acceptarunt: per hanc acceptationem scilicet ad id sponte obligarunt; quare non possunt postea aliquid pro ea electione accipere, & tenentur ad restituendum pretij, si quod fortè ob eam rem acceptarunt. Et ita etiam docet Fagundez in praepcta Decalogi, tom. 2. lib. 8. c. 26. n. 41.

2. Sed non desinam hinc adnotare affirmatiæ sententiæ probabilitatem existimare Fagundez vbi supræ n. 40. pro qua num. 39. adducit Rodriguez, Lopez, & Bañez: quia in prædictis casibus datum locus fauori, seu gratificationi, vt aiunt, possessor enim Maioratus ex consanguineis potest præferre unum, quem valuerit in æquali gradu. Item Administrator Capellæ potest eligere hoc monasterium præ illo, vt in eo adficeret, ac constituit Capellam cum suis emolumentis: & cæteris paribus potest eligere hunc pauperem præ illo, & idem ex suffragantibus ad Cathedras, quando oppositores sunt æquales: atqui illa prælatio pender ex voluntate, libertate, & favore eligentis, quia non est debita huius determinata persona: poterat enim alter sine illius iniuria præferri; ergo videtur pretio estimabilis, quia est valde utilis ementi, & consequentes vendi potest.

3. Vnde ex his posset aliquis inferre, seclusa prohibitione iuris positivi vetantis & prohibentis munera receptiones, quando dantur duo vota aqualia, posse iudicem licet aliquid accipere pro electione partis, pro qua ferat sententiam. Et hanc opinionem præter Lessium à me in 3. part. tract. 5. resolut. 55. Quæ hic est citatum probabilem esse putat nonissimum, Fagundez, ref. antece-
dente citato, numer. 34. & Alter Lustianus Fragoso in dens. 9. Sed Regim. Christ. Reipub. tom. 1. lib. 4. dispu. 9. num. 42. nec, & hic quibus etiam addit Tullench in Decal. tom. 2. lib. 8. infra lege doctrinam 9. cap. 1. dub. 6. numer. 10. Neque hæc opinio videtur leui inniti fundamenta: quia illa sententia insta non Refol. & est debita huius parti determinata: potest enim iustæ aliorum ci-
tiam, & lectio illius partis, pro qua est ferenda sen-
tentia,

tentia, est in manu & arbitrio iudicis; sed eligere & determinare hanc partem litigantem, pro qua feratur sententia, est favor pendens ex voluntate iudicis, & est pretio estimabilis, quia est valde utilis litiganti, & simul est coniuncta cum aliquo incommmodo iudicis, quia perdit gratiam & amicitiam alterius partis: ergo iusle potest iudex pro eo fauore preium accipere. Secundò, quia hic non datur acceptio personarum, quae iustitia distributio oppositur: hic enim iudex videtur esse liber ad faciendum quod voluerit: vnde illi parti, a qua preium petitur, & accipitur, nulla sit iniuria in eo petendo, quia petitur propter quae non est ei debita, vel alioquin est ei utilis: ergo talis donator voluntariè donat; ergo res accepta a iudice ex duplice titulo ab eo retineri potest: primò, titulo pretij iusti; secundò titulo liberalis donationis.

4. Sed re melius considerat: ego nunc sententia negativa adhucero, quia actus iustitiae est inveniensibilis, & vt iudex non potest manere suspensus; sed tenetur ex iustitia pro aliquo sententiam ferre, inquit tenetur ex officio se determinare ad unam partem: ergo gratis, nam in ea determinatione consistit exercitium sui munieris. Sed si aliquis veller stare in supradicta Lessij sententia cum, ut dictum est, adiutorio prohibitio iuri poenitentiæ munera acceptance. Quæritur an iudex munera recipiens in causa de quo loquimur, teneatur restituere ante sententiam condemnatoriam iudicis? Respondeo negatiuè cum Fagundez ubi supra num.

32, iunctu num. 33, in fine. Sed ego ut dixi Lessij sententiam modo non admitto. Verum ex his nota hic obtem. 6. tr. 1. ter Iudices, & Ministros publicos accipientes munera. Ref. 10. §. Sed, & in res. sola lege positiva sibi prohibita non esse obnoxios res. 87. §. vlt. & stituti in foro conscientia nulla expectata sententia in Ref. 90. & tia, quando data fuerunt ex mera liberalitate, & amicitia, aut ex gaudio & gratitudine. Ita docet Molina ram §. Præteriti huius ref. & alte res. & alijs quicquid in contrarium asserta Sotus de iust. lib. 4. ius annor. qu. 7. art. 1. ad 2. Syluester verb index 1. numer. 3. q. 8. & alijs. Quia haec donationes scilicet lege humana positiva illas prohibente, stando in solo iure naturæ, validas sunt: sed leges positiva tam iuri communis, quam aliorum Regnum, licet illas prohibeant, non illas invalidant. Ergo non tenentur iudices illas ante latam sententiam restituere.

RESOL. LIV.

An quando prouisio fit per concussum, si quis eligat dignum, omisso digniori, teneatur ad restitutionem? Et an in foro ex iure dicta electio fit nulla, & subreptio, & conquerentia digniori, an debeat renocari collatio fidei digni? Ex p. 4. tr. 4. & Msc. Ref. 210.

sup. hoc in §. 1. A ffirmatiuè responder Molina de primogen. tom. 3. tr. 3. lib. 2. cap. 25. num. 59. Gutierrez canon, quaref. 104. in sionum lib. 2. cap. 12. num. 55. & seq. Vaquez opusc. de fine, & in ref. benefic. cap. 2. §. 3. num. 117. Fernandez in examin. Theolog. moral. part. 4. cap. 4. §. 1. num. 2. & alijs; quia in tali & in ref. 108. causâ eligens dignum, omisso digniori, non solum peccatum, & \$ difficul. cat contra iustitiam distributiam; verum etiam contra communitatiam ortam ex illo, quasi contractu proueniens ex edicti propositione, & ex fide in illo data.

2. Scio Martinum Ledesmar 2. 4. qu. 18. ad fin. ver. Secunda conclusio, Mercadum de contract. lib. 6. cap. 17. §. 7. an si dizen los Theologos, ver. esto no lo figuro. Garciam de benefic. part. 7. cap. 16. Naustrum in manus cap. 17. num. 74. rev. nec obstat, & alios contraria sententiam probabiliter docere; sed tu ne discedas ab opinione affirmatiuè, tanquam probabi-

li, & tertiu; quod autem in foro externo dicta electio fit nullus, & subreptio, docet Azuedus cors. 9. n. 30. & declarans Rota in una Tudenensi 18. Aprilis 1603. coram Socrato; & in una Deriunensi 18. Decembris 1581. coram Giptio; & observat Beltraminius in anno. 1581. ad decisi. 11. Gregor. XV. unde Io. Valerus in differenti. 4. viri, ne fori; ver. electio, different. 2. n. 4. adiutor. & conquerente digniore renocari collationem fidem digno de beneficio curam animatum habent mediane concursu, &c.

RESOL. LV.

An Ecclesiastici, & Religiosi peccantem semper venando, & teneantur restituere animalia capta? Ex p. 9. tr. 9. & Msc. 4. Ref. 40.

§. 1. C aus passim potest accidere, & ad illud sic crespender Pater Dicastillus de iustitia, lib. 2. tractat. 2. disp. 9. dub. 10. n. 300. Altero quod Ecclesiastici, qui contra prohibitionem ipsi factam ratione sui statutus venantur, raro peccant mortaliter proper solam venationem, & animalia capta restituere non reventur. Hoc ultimum satis manifestum est; quia cum animalia sint communia, & per probationem non sunt incapaces dominij, sua faciunt, quæ capiunt sine onere restituendi. Primum vero probatur quia venatio sine tumultu & apparatu, illis non prohibetur; ac proinde sumpè potest esse licita, nisi ex aliis circumstantiis sit culpabilis. Deinde nec venatio cum apparatu ut illis prohibetur, nisi sit frequenter. Si tamen venatio frequens, praesertim si domi habent aues, canes venaticos, & famulos venatores de mortali timore debent; quia prædictis iuribus inituit Religiosi hoc illis videtur prohibitum sub gravi suspensione pena. Non tamen audeo eos mortaliter damnare ob solam venationem; quia nec Auctores eos damnare audent. Nam Caeteranus verbo. Clericorum peccata, scelus scandalo, & contumacia, generaliter docet non peccare mortaliter. Ita etiam Bafez 2. 1. qu. 64. articul. 1. dub. 1. in fine. Syluester venatio, etiam non audet damnare, & Naustrus de Regular. comment. 4. num. 26. propter alias indecentias mortaliter damna. Molina vero disp. 44. Care, inquit, ne ex iolo venationis capite facile dannes Clericos culpe lethalis, Lessius etiam dub. 9. non obstante quod num. 40. dixerit propter iura citata frequentationem esse mortale peccatum, num. 41. ait, ordinari non esse nisi tantum venatio, modò abicit scandulum, vel periculum occisionis, vel mutilationis. Rebellius autem ref. 2. num. 10. de mortali, inquit, timere debent, si venatio clamorosa, & frequens sit, ratione videlicet scandali, quod refutare posset, in quo scandali entuunt videret procedere pena suspensionis posita cap. 1. de Clerico venatore. Ex quibus Auctoribus & aliis multis recentioribus concluso, frequentem venationem cum apparatu prohiberi Clericos sub illa graui pena propter incommode, quæ consequi illam solent, subtrahendi se ab aliis munib; verbi gratia dandi elemosynam, predicandi recitandi, studendi, vel assistendi Choro, vel administrandi Sacramenta, & ob periculum etiam celebrandi inquietudo, aut tumultuantis spiritu, & hac occasione diuendendi canes, & aues in Ecclesiam, & Chorum sub scandalo aliorum, & impedimenti attentioni debet, quod non semel mihi vidisse concingit. Seclusus tamen his omnibus non videntur mandandi peccati mortalis. Hucusque Dicastillus.

2. Sed non deseram hic etiam apponere verba Partis Galparis Hurtadi de iust. disputation. 1. diff. 25. sic supradicta assertentis: Tertiò, est illicita iure Ecclesiastico Clericis, vel ecclesiasticis, & Religiosi venatio animalium terrestrium, & volatiliuum,